

**Carta de la Sagrada
Congregación de
Religiosos a Mons.
Escrivá de Balaguer,
por la que se le
conceden especiales
facultades; 2-
VIII-1950.**

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

31/01/2012

RHF, D-15184.

EX SECRETARIA

SACRAE CONGREGATIONIS N. 1. S.

1/47

DE RELIGIOSIS

Rev.me Pater,

Sacra Congregatio, dum Instituti
saecularis "Societas Sacerdotalis
Sanctae Crucis ac Opus Dei", cui
Paternitas Tua, cum instrumentum a
Domino electum pro ipsius
fundatione iam fuerit, nunc parí zelo
ac prudentia praesidet, approbatas
definitive Constitutiones transmittit,
haec quae sequuntur quoad
approbationis vim ac peculiares
facultates Tibi, vita durante,
concessas et quoad ipsarum

Constitutionum exsecutionem Tibi
communicare opportunum dicit:

1) Quoad approbationem definitivam
Constitutionum: etsi plene definitiva
ad normam iuris ipsa habenda est,
Haec Sacra Congregatio, dum uti mos
est ordinarias ipsius Sacrae
Congregationis facultates circa
Institutorum Constitutiones sibi
reservat, libenter Patemitati Tuae
tuoque Consilio facultatem concedit
mutationes, declarationes,
complementa proponere quae
evolutioni ac necessitatibus Instituti
suique tam singularis atque eximii
apostolatus intensioni atque
extensioni, opportuna seu utilia
quavis ratione videantur.

2) Quoad Constitutionum
exsecutionem, in iis praecipue quae
ad regiminis installationem spectant,
annus integer post mensem a
momento computandus in quo typis
impressae Constitutiones vobis

habere prae manibus licebit, Tuae
Paternitati conceditur. Intra annum
ita computandum commode res
ordinare libere poteris.

Dum cuncta fausta prospера
Paternitati Tuae tuoque Instituto ex
corde adprecор

addictissimum in Christo me
profiteor

+ fr. L. E. Pasetto

Seg.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae
Congregationis, die 2 augusti, an.
1950.

Ill.mo ac Rev.mo Domino

Iosepho M. Escrivá de Balaguer

Fundatori ac Generali Praesidi
Instituti saecularis

"Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis
ac Opus Dei".

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

pdf | Documento generado
automáticamente desde <https://opusdei.org/es-es/article/carta-de-la-sagrada-congregacion-de-religiosos-a-mons-escriva-de-balaguer-por-la-que-se-le-conceden-especiales-facultades-2-viii-1950/> (21/07/2025)